

8 Junii 1603 *fe*

Regia Maiestas Seren^{me} D^{ne}

179

A. 2.
N 34

Negotium Olivensis monasterij Cisterciensium a Regia vestra Maie-
tate mihi commissum, perquam sane libenter, ut debui, compleaus
sum: cum pro mea singulari erga vestram Maiestatem observantia,
tum vero etiam, quod ea res ad communem Ecclesie, que in regno
Prussia est, utilitatem plurimum factura videbatur. Successit
autem id quod maxime optabam, ex animi sententia, ut deputata
a Sanct^{mo} D^{no} Nostro ei rei Congregatio Regia vestra Maiestatis
petitionem collatis suffragijs equam censeret: quam ita ratam fore
Sanct^{mus} annuit. quod eo maiori me latitia perfudit, quo magis
omnem meam industriam, studium, et diligentiam Regia vestra
Maiestati probare cupivi semper, et porro cupio. Cui suppliciter
ab eo, qui est Rex Regum, et Dominus dominantium, quam feli-
cissimam vitam et regnum opto, precor, et oro. Valeat Regia vestra
Maiestas.


Roma pridie Non. Junij. ∞. 15. C. III.

Regia vestra Maiestatis

Humillimus servitor

Car. Can. Baronus

Serenissime Maiestati Regis Poloniae



Causi. Barunij
S. Clavin, nychis

